

expressum presentandis, registrandis, seu insinuandis, itaut presentes literæ etiam si in ipsa Camera, seu quovis alio Tribunali, Archivo, et loco nunquam presententur, registrentur, nec insinuentur, nihilominus valeant, et subsistant, ac tibi, et familiaribus tuis, quos concernunt suffragari debeant, ac nostris, et Cancellaria Apostolica Regulis præsertim illa de non tollendo jure quæsito, aliisve quibuslibet Apostolicis, ac in Conciliis etiam Universalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, legibus quoque etiam Imperialibus, & municipalibus, Edictis, Bannimentis, & Decretis etiam Consistorialibus, & Cameralibus ac dictæ Urbis, & Camere, aliisve quibuslibet etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, eorumque Reformationibus, & novis additionibus, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis etiam Filco nostro, & Camere præfate, ejusque, & dictæ Sedis Officialibus, & Ministris, aliisve quibuslibet personis, & locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso infererentur presentibus pro expressis, ac sufficienter specificatis, & insertis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum harum serie specialiter & expresse, ac latissime derogamus, ceterisve contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandate

Dat. die 26. Apr. 1664. An. X.

Ex Regest. in Secret. Ducv.

§.10. Volumus autem, ut earumdem presentium literarum transumptis manu alicujus Notari publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Apr. 1664. Pontificatus nostri anno X.

CDLXXIV.

Nobili Infanti Francisco Duci Mutinensi, ejusque hæredibus, & successoribus in perpetuum conceditur juspatronatus, & presentandi loci Ordinariis personas

Idoneas ad Præposituram Secularem in Ecclesia Abbatiæ de Pomposa, ac Archipresbyteratum, sive Plebaniam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Bondeno Ferrariensis Diocesis, & perpetuum simplex Beneficium ex fructibus ab illa dismembratis erectum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. **L**audabilia infantilis ætatis indicia ex quibus verisimiliter concipitur dilectum filium nobilem Infantem, Franciscum Mutinæ etiam Regii Ducem, succedentibus sibi cum Dei benedictione annis, in virum virtutibus generis sui splendore dignis Illustrrem, Principemque Sedi Apostolicæ devotum esse evasurum, Nos inducunt, ut libentius illa ei, ejusque hæredibus, & successoribus paterna benignitate concedamus, per quæ erga personas benemeritas, sibi que gratas, & acceptas sese beneficos exhibere possint, & liberales.

Motiva.

§.2. Itaque conventis, & promissis pro parte nostra per Tractatum concordie inter nostrum, & Charissimum in Christo filium nostri Ludovici Regis Christianissimi Plenipotentiarios die 12. Februarii proxime præteriti Pisis initum, & conclusam, ac subinde tam a Nobis, quam ab eodem Ludovico Rege ratificatum satisfacere, dictoque Ludovico Regi per amplius gratificari, ac præfatum Franciscum Ducem specialis favore gratiæ prosequi cupientes, necnon dicti Tractatus tenorem, ac Præposituram, & Archipresbyteratum, sive Plebaniam, & Beneficii infrascriptorum qualitates, eorumque cujuslibet fructuum, reddituum, & proventuum veros etiam annuos valores, & alia quæcumque etiam specialem, & individua mentionem, & expressiorem requirentia, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & specificatis habentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine eidem Francisco Duci, ejusque hæredibus, & successoribus in perpetuum juspatronatus, & presentandi loci Ordinariis personas idoneas ad Præposituram secularem in Ecclesia Monasterii Abbatiæ nuncupati de Pomposa S. Benedicti, seu alterius Ordinis, ac Archipresbyteratum, sive Plebaniam Ecclesiæ S. Mariæ de Bondeno, perpetuumque Beneficium simplex ex fructibus ab illa dismembratis erectum Ferrariensis Diocesis, quos Ven. Frater noster Franciscus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus ejusdem S. R. E. Vice-Cancellarius in titulum, seu commendam ad sui vitam ex concessione, & dispensatione apostolica ad præsens obtinere dignoscitur, quotiescumque Præposituram, & Archipresbyteratum, ac Beneficium hujusmodi seu eorum alterum perpetuis futuris temporibus tam ex præfati Francisci Cardinalis,

Pontifex concedit Serenissimo Duci Mutinæ juspatronatus in rubrica.

Alia privilegia in iurepatronatus præd.

lis,

lis, quam cujusvis alterius S. R. E. Cardinalis, & aliorum quorumcumque etiam nostrorum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, seu cujusvis S. R. E. præfate Cardinalis tunc viventis, aut defuncti familiarium continuorum commensalium, seu Romanæ Curie, et Sedis Apostolicæ Officialium, aut alias quomodolibet reservationem inducentibus personis per liberatas, ac etiam in favorem, et ex causa permutationis, resignationes, juriumque cessiones, etiam necessarias, vel simplices de illis, seu eorum altero in nostris, et pro tempore existentis Romani Pontificis, aut cujusvis alterius personæ manibus pro tempore quocumque factas, et admittas, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, seu privationem, et ascensionem cujusvis Beneficii Ecclesiastici quacumque auctoritate collati, Religionis ingressum, matrimonii contractum, ad Cathedralium Ecclesiarum, vel Monasteriorum etiam consistorialium regimina, aliamve quamcumque promotionem, seu decessum, et obitum etiam apud Sedem, et in Curia hujusmodi, ac etiam in quocumque ex mensibus Nobis, seu Romano Pontifici pro tempore existenti, et dictæ Sedi per quascumque Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ Regulas editas, et quocumque edendas, vel alias quomodolibet reservatis, et reservatis, aut locorum Ordinariis, et aliis Collatoribus per eandem vel alias Constitutiones Apostolicas, aut Cancellariæ hujusmodi regulas similiter editas, et edendas, vel literas alternatarum, aliave quævis indulta apostolica, seu alias quomodolibet hæcenus concessis, et in posterum concedendis, ac de jure communi, vel particulari, et alias quomodocumque competentibus, et competituris, et alias quomodolibet, et ubicumque tam apud Sedem, et in Curia hujusmodi, quam extra eam vacare contigerit, etiam si affecti specialiter ex causis prædictis, vel alias generaliter, et quantumvis multipliciter reservati, et seu litigiosi existant, in Præpositum Præposituræ Secularis, et Archipresbyterum Archipresbyteratus, sive Plebanie, necnon Rectorem Beneficii præfatorum respective ad presentationem hujusmodi in forma solita instituendas tenore presentium perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

§.3. Decernentes, et declarantes juspatronatus, et presentandi hujusmodi laicorum nobilium, et Illustrium, et Principum, ac in omnibus, et per omnia ad instar Regum vere existere, dictisque Francisco Duci, et aliis futuris Patronis non ex privilegio, sed ex vera primæva, reali, actuali, plena, integra, et omnimoda fundatione, erectione, et dotatione laicali ex bonis mere laicalibus, et patrimonialibus competere, ac ad illos pertinere, necnon juspatronatus, et presentandi laicorum nobilium, et Illustrium, ac Principum, et ad instar Regum effectum, vim, naturam, substantiam, et essentiam, ac qualitatem, Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

validitatem, et roboris firmitatem obtinere, ac Francisco Duci, aliisque futuris Patronis prædictis perpetuo suffragari debere in omnibus, et per omnia, et absque ulla proflus differentia, perinde ac si ipsi Francisco Duci, ejusque hæredibus, et successoribus in perpetuum nomine veræ, realis, actualis, plenæ, atque integræ fundationis, et perpetuæ dotationis per eos de propriis, ac mere laicalibus, et patrimonialibus eorum bonis factæ, ac prout Principibus, et Regibus competeret, ac reservatum, concessum, et assignatum esset: Et proinde uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis prægnantissimis, et efficacissimis clausulis, ac irritantibus, et aliis fortioribus Decretis etiam cum clausula quorum tenores in quacumque dispositione etiam per viam Constitutionis, legis generalis, et Regulæ Cancellariæ prædictæ, etiam per Nos, et Romanos Pontifices Successores nostros in crastinum assumptionis cujuslibet eorum ad summum apostolatus apicem, ac etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter, seu alias quomodolibet pro tempore facta, concessa, et emanata nullatenus comprehendi, seu comprehensum dici, intelligi, vel prætendi posse, neque illi ullo unquam tempore sub quocumque prætextu, aut ex quacumque causa quantumvis urgenti, pia, favorabili, et legitima etiam per Nos, seu Romanos Pontifices Successores nostros, et Sedem prædictam, aut illius etiam de latere Legatos, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, seu cujusvis intuitu, et contemplatione per quascumque literas Apostolicas etiam in simili forma Brevis, et quascumque etiam derogatoriis derogatorias, ac fortiores, et insolitas clausulas, necnon irritantia, et alia decreta contraria quæcumque continentes, etiam toto, et integro presentium tenore inserto, aut alias quomodolibet, nisi de consensu Patronorum derogari posse, vel debere. Præsertim quoque literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quocumque quantumvis formali, et substantiali defectu, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse forsitan habentes, vel habere quomodolibet pretendentes cujusvis status, gradus, ordinis, præemiaentia, & dignitatis, vel alias speciali, & individua mentione digni existant, ad præmissa vocati, citati, & auditi, causæque propter quas presentes emanarunt adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, nec prædicti interesse habentes desuper consenserint, vel ex quavis alia quantumvis legitima, iudiciali, pia, & privilegiata causa, occasione, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauso, notari, impugnari, annullari, invalidari, retractari, ad terminos juris reduci, in controversiam revocari, aut adversus illas a peritionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris,

B 2

fa

facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, seu extra illud uti posse, neque easdem præsentis literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus reservationum, concessionum, & assignationum, aliarumque gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis dispositionibus per quascumque literas, & Constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ prædictæ Regulas sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis per Nos, seu quoscumque Successores nostros Romanos Pontifices, etiam in crastinum cujuslibet eorum ad summi apostolatus apicem assumptionis, dictamque Sedem etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter pro tempore factis, & emanatis comprehendendi, seu comprehensas tenferi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in præsum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per prædictum Franciscum Ducem, aliosque Patronos pro tempore quocumque eligenda concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & perpetuo fore, ac Francisco Duci, & aliis Patronis prædictis plenissime suffragari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & quocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & defini debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis nostris, & Cancellariæ prædictæ Regulis editis, & edendis, etiam illa de non tollendo jure quæsito, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quatenus opus sit, Ecclesiarum, & Monasterii, seu Abbatia, & ordinis prædictorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & irritan., & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innova-

Sicque ab omnibus iudicari mandatur.

Derogant contrariis.

tis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis aliq̄ expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, acsi de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita infererentur, & exprimerentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima Maii 1664. Pontificatus nostri Anno Decimo.

Dat. die 21. Maii 1664. An.X.

CDLXXV.

Confirmatio Decreti Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo, inhærendo Constitutioni Ordinis Minorum S. Francisci statuitur, ut in posterum Commissarii Visitatores deputandi pro Provincia de Guatemala Nominis Jesu nuncupat. Ordinis hujusmodi, debeant assumi ex una de Provinciis vicinioribus, videlicet S. Georgii de Nicaragua, & S. Josephi de Jucatan.

Ex Regest. in Secto. Brov.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **N**uper pro parte dilecti filii Alphonsi de Ortega Custodis Provincia Nominis Jesu de Guatemala Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congreg. Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod per Constitutiones Generales dicti Ordinis cavetur expresse, ut Commissarii Visitatores ex Provinciis vicinioribus mittantur; quodque Provincia viciniores præfata Provincia de Guatemala sint Provincia Sancti Georgii de Nicaragua, & Sancti Josephi de Jucatan, inter alias vero Provincias vicinior trecentarum Leucarum intervallo distet, nec Commissarius Visitator inde ad primordiam Provinciam, nisi cum illius maxima impensa, & detrimento proficisci possit. Et in eadem expositione subjuncto, quod idem Alphonsus præmissis attentis plurimum cupiebat ordinari, ut Commissarius Visitator non posset ad eandem Provinciam Nominis Jesu de Guatemala mitti, nisi ex alterutra memoratarum Provinciarum viciniorum S. Georgii, & S. Josephi assumeretur; emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Expositio.

Sacra Congregatio Eminentissimorum San-

Decretum Sac. Cong. in quo statuitur ut in rubr.

S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, & assensu Ministri Generalis Ordinis hujusmodi, inhærendo præfate ejusdem Ordinis Constitutioni statuit, & decrevit, ut in posterum Commissarii Visitatores pro præfata Provincia de Guatemala deputan. debeat assumi ex una de duabus Provinciis vicinioribus tantum videlicet S. Georgii de Nicaragua, & S. Joseph de Jucatan., & ita harum vigore statuit, & decernit; contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 9. Maii 1664.

M. Card. Ginettus. E. Episcopus Camerinen. Secret.

Confirmat Decretum.

§.2. Cum autem, sicut dilectus Alphonsus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summo opere desideret; Nos ipsam Alphonsi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfate Congregationis Cardinalium.

Decretum irritans.

§.3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & defini debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem

sub Annulo Piscatoris, die 26. Maii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

CDLXXVI.

Confirmatio Decreti Congr. Episcoporum, & Regularium, quo approbatur Constitutio duorum Capitulorum Generalium, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, per quam stabilitur Alternativa Officiorum inter Patres Criollos ex una parte, & Patres dictos Cachapinos, & filios Provincia Nominis Jesu de Guatemala in nova Hispania Ordinis hujusmodi ex altera &c.

Ex Regest. in Secto. Brov.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **N**uper pro parte dilecti filii Alphonsi de Ortega Custodis Provincia Nominis Jesu de Guatemala in nova Hispania Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod in Capitulo generali dicti Ordinis Anno 1645. Toleti celebrato facta fuerat Constitutio tenoris, qui sequitur, videlicet.

Postulatio.

Præterea Definitorium Generale declaravit, quod in Provincia Nominis Jesu de Guatemala in nova Hispania observetur alternativa inter Patres dictos Criollos ex una parte, & inter Patres dictos Cachapinos, & filios Provincia ex alia, & quod cætera Officia æqualiter dividantur inter prædictas duas partes. Que Constitutio confirmata fuerat in Capitulo ejusdem Ordinis Anno 1658. habito sub titulo pro Indis Occidentalibus numero primo his verbis. Confirmatur alternativa in Provincia Nominis Jesu de Guatemala inter Patres Criollos ex una parte, & Patres Cachapinos, & filios Provincia ex altera, quemadmodum in Capitulo Toletano Anno 1645. celebrato instituta est, sicque servari debet sub pena nullitatis aliter factorum.

Constitutio Caput. Gen.

Et in eadem expositione subjuncto, quod dictus Alphonsus præfatas Constitutiones auctoritate dictæ Congregationis confirmari plurimum desiderabat; emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Decretum Sac. Congr.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac audito Ministro generali Ordinis hujusmodi, præinsertum Decretum Capitulorum Generalium benigne approbavit, & confirmavit, & juxta illorum tenorem in posterum omnino servari mandavit: Romæ 9. Maii 1644.

M. Cardinalis Ginettus. E. Episcopus Camerinen. Secret. §.2. Cum autem, sicut præfatus Alphonsus

Pontifex decretum confirmat.

Nobis subinde exponi fecit ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia apostolica confirmationis nostrae roborare communiri summopere cupiat: Nos ipsum Alphonsum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, praesertim praefata Congregationis Cardinalium Decretum auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique apostolicae firmitatis robur adicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium.

Decretum irritis.

§.3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis tollit.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit praefatorum Ordinis, & Provinciae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque; Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 26. Maii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dat. die 26. Maii 1664. An.X.

CDLXXVII.

Quod non liceat Fratribus Minorum de Observantia S. Francisci commorantibus Tolosae inducere novum Rosarium sub tit. Seraphici: nec facere Processionem Confraternitatis Conceptionis prima Dominica cujuslibet Mensis: nec Tabellam exponere in qua Beata Virgo det Rosarium S.S. Francisci, & Clarae.

ALEXANDER PAPA VII. Ad futuram rei memoriam.

Procurator.

IN supremo Militantis Ecclesiae folio, merito licet imparibus, per ineffabilem

Divinae bonitatis abundantiam constituti, exortas inter Religiosos viros controversias opportunis rationibus dirimere studemus, sicut in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§.1. Itaque dilectum filium Procuratorem Generalem Ordin. Praedicatorum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

Prohibet Pontifex P.P. praedictis ut in subiecta.

§.2. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabil. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus Praepositorum consilio, auctoritate Apostolica tenore praesentium declaramus, ad favorem dilectorum filiorum Fratrum dicti Ordinis Praedicatorum Tolosae commorantium, non licere dilectis pariter filiis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, minusque Confraternitati in eorum Ecclesia magni Conventus erectae sub titulo Conceptionis Sanctissimae Virginis Immaculae, illiusque Confratribus facere Processionem prima Dominica cujuslibet Mensis, nec posse praedictos Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia novum Rosarium sub titulo Seraphici, aut novem novenarum, vel alterius rationis inducere, praedicare, & docere, nec in Litanis B. Virginis aliquid innovare, nec tabellam exponere, in qua B. Virgo Dei Mater det Rosarium Sanctis Francisci, & Clarae, prout etiam praefata omnia fieri prohibemus, & servari mandamus.

Decretum irritis.

§.3. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis danda fides.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Dat. die 28. Maii 1664. An.X.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Maii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Con-

CDLXXVIII.

Confirmat Decretum Sacrae Congregationis pro Ereptione Conventus Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum in Oppido Piscinae Marficanae Diocesis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio.

Alias pro parte dilectorum filiorum Congregationis Sacrae Clericorum Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita exposito, quod ipsi jam inde ab anno 1642. fundationem Conventus in Oppido Piscinae Marficanae Diocesis, in executionem legati domus, & summae decem millium ducatorum sibi a quondam Laelio Thomasetti facti, de licentia Ordinarii, ac consensu Regularium, necnon Universitatis, & hominum dicti Oppidi inchoaverant, prout ex scripturis alias in eadem Congregatione Cardinalium exhibitis constare asserunt; nec fundationem hujusmodi subinde perficere potuerunt propter multa impedimenta, quae supervenerant, ac deducta, & discussa fuerunt in praedicta Congregatione Cardinalium, quae tunc ipsis Exponentibus legatum hujusmodi, quod a dilectis filiis Monachis Sylvestrinis occupatum fuerat, consignari curaverat: Ideoque iidem Exponentes mediante dicto legato fundationem praedictam, prosequi, & absolvere intendebant.

§.1. Et licet non putarent sese sub Constitutione fel. recordationis Innocentii Papae X. Praedecessoris nostri super extinctione, & suppressione parvorum Conventuum, anno 1652. edita comprehensos esse, cum novam fundationem Conventus non facerent, sed inchoatam anno 1642. de licentia Ordinarii prosequi, & perficere intenderent: nihilominus ad tollendam omnem difficultatem, & dubietatem opportunam sibi desuper licentiam a memorata Cardinalium Congregatione concedi plurimum desiderabant, attento quod ad eorum favorem licentia Ordinarii, & consensus necessarii, sicut supra dictum est, concurrerent: quodque legatum Domus, & decem millium ducatorum hujusmodi pro Fabrica Ecclesiae, & Conventus, eorumque sustentatione abunde sufficeret idque magis, quod ipsi exponentes juxta eorum Institutum elemosynas quarere solent, unde etiam ultra numerum duodenarium sustentari possent, prout in hac Alma Urbe, aliisque locis experientia comperitum erat; quodque in praedicto Oppido Piscinae vidualia, ac opera, & res ad fabricandum necessarias satis vili pretio haberi possent, emanavit a praedicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, attentis narratis, & ex eo, quod de requisitis ad fundationem Conventus hujusmodi constitit, facultatem impertitur Episcopo Marforum, ut ad ipsam fundationem procedi ad formam Constitutionum Apostolicarum concedat, ac decernat, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae 15. Februar. 1664. M. Card. Ginettus.

Decr. Sacrae Congreg.

§.3. Cum autem, sicut Exponentes praedicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi decretum hujusmodi pro firmiori ejus subsistentia, Apostolica confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere cupiant Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

Confirmat Pontif. decretum.

§.4. Decernentes easdem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretum irritis.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, sub quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Contrariis derogat.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Dat. die 16. Junii 1664. An.X.

Con-

Ex Regest. in Secret. Brev. Confirmatio Decreti Definitorii Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, quod Commissarius Visitator Provinciae S. Didaci Canariensis Ordinis hujusmodi ex eadem Provincia eligatur.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio. §.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Bernardus Andreas de Vera Lector Jubilatus, & Custos, & Antonius Valladares Guardianus, & Pro-Minister Provinciae S. Didaci Canariensis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum quod cum eadem Provincia trecentarum Leucarum intervallo ab Oris Hispaniae distet, nec in eam tam copiose fiant elemosynae quam in Hispania, & Italia, ipsaque Provincia proinde summa egestate prematur, itaut illi non suppetat unde necessitatibus Fratrum subveniatur, & Conventus elemosynis Missarum ad Religiosorum victum indigeant; Constitutio Generalis dicti Ordinis qua cavetur, quod Visitatores Commissarii cujuslibet Provinciae sint electi ex altera viciniore, & quod non sint de ipsamet Provincia visitanda, in eadem Provincia Canariensis servari non potest. Nam Provincia hujusmodi, quae in septem Insulis a se invicem distinctis unica existit, alteram sibi propinquam non habet, ex qua Commissarii Visitatores eligi possint. Accedit quod Insulae Canariensis a Turcis infestantur, sicut etiam ora Hispaniae; Unde si Commissarius Visitator ejusque Socii caperentur, Provincia praefata, ut eos a captivitate liberaret, vasa argentea divino cultui dicata vendere cogeretur, atque ita Conventus calicibus ad celebrationem Missarum, necessariis desituti remaneret. Praeterea Commissarius Visitator secum ducere solet saltem Secretarium, ac Socium, & Fratrem Laicum, pro quorum expensis, accessus de Hispania, & reditus in Hispaniam summa mille quingentorum scutorum est necessaria, quam dicta Provincia suppeditare, simulque Religiosorum necessitatibus subvenire non valeret; periculumque esset ne Religiosi necessitate pressi ad votum paupertatis infringendum, & necessaria mediis illicitis sibi conquirenda contra Regulam, & in animarum suarum perniciem adducerentur. Nec minori consideratione dignum est, quod propter adeo graves sumptus Commissariorum Visitatorum ex Hispania venientium, illucque regredientium dictae Provinciae Canariensis, per multos annos impossibile fuerit mittere Vocales ad Capitula Generalia Ordinis praefati, quae Toleti, & Romae respective celebrata fuerunt.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, praemissis attentis, dicti Ex-

ponentes, supplicaverint dilectis filiis Definitorio Generali dicti Ordinis, ut decernerent, quod de caetero dilectus pariter filius Minister Generalis ejusdem Ordinis de tempore Capituli in praefata Provincia Canariensis celebrandi monitus, ex praemissis per Definitorium ipsius Provinciae quatuor, aut quinque Religiosis aptis, & idoneis unum eligere deberet in Commissarium, qui Provinciam visitare, ac Capitulum celebrare, & actus sui rationem eidem Ministro Generali reddere teneretur; hoc etiam per eosdem exponentes adiecto, quod Commissarii Visitatores ex Hispania missi unam tantum, vel duas ex praefatis Insulis visitare, ad alias vero propter earumdem distantiam, ac maris, Turcarumque pericula, suos Commissarios ex dicta Provincia nominatos mittere solebant. Cumque idem Definitorium Generale post maturam discussionem decreverit, quod attenda necessitate, ac itinerum periculis, necnon ad tollendas intolerabiles expensas, proponat deinceps ipsamet Provincia Canariensis Superiori Generali dicti Ordinis tres, aut quatuor Fratres ex eadem Provincia, ex quibus eligatur Commissarius Visitator, & ita in posterum observari mandaverit, non obstantibus in contrarium quibuscumque, prout in Decreto hujusmodi in Conventu Sanctae Mariae de Ara-Coeli de Urbe ejusdem Ordinis die 29. Maii proxime praeteriti edito continetur: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut idem Decretum quo firmiter subsistat, & servetur exactius, apostolica confirmationis nostrae patrocinio communitur de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supra expressum Decretum Definitorii Generalis hujusmodi pro memorata Provincia S. Didaci Canariensis, die 29. Maii proxime praeteriti editum, ut praefertur, auctoritate apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.4. Decernentes eandem praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, & illis respectu ive plenissime suffragari: sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apo-

Confirmat Pontifex Decretum Definitorii Gen.

Decretum irritans.

Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat contrariis. §.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictorum Ordinis, & Provinciae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 17. Junii 1664. An.X. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Junii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

CDLXXX.

Ex Regest. in Secret. Brev. Confirmatio Decreti Definitorii Generalis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, quo conceditur septem Provinciis Peruaniis Ordinis hujusmodi Alternativa Officiorum inter Fratres Hispanos, & Nacionales, sicuti in nova Hispania servari solet.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. §.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Custodes, & Proministri septem Provinciarum Peruandarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod ipsi decretum a Definitorio Generali dicti Ordinis obtinuerunt eorum libello supplici subnotatum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Reverendissime Pater, ceterique RR. PP. ex Definitorio Generali.

Supplex Libellus a PP. Peruanis Definitorio datum. Patres Custodes, & Proministri Provinciarum septem Peruandarum adsumus, & pervenimus ad Reverendissimas Paternitates Vestras in illa meliori forma, quae nobis secundum jus pertinere possit cum illa etiam humilitate, quae Nobis, ut subditis attinet ratione tantorum Patrum, & Praelatorum, & dicimus, quod cum jam per multum temporis spatium, & tam per multas etiam experientias cognita sint disturbia, jurgiaque inter illas pauperes Provincias, eo quod, tam multi sint Fratres diversi in Patria; Siquidem uni sunt Hispani, alteri ex altera natione, alteri etiam naturales, & oriundi ex illis partibus qui quidem communiter appellantur Criollos, ex quibus omnibus quotidie accidit con-

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

struere quamdam partialitatem admodum Monarchiae ita ferox, & rigorosa, ut non solum irregularis, verum etiam barbara, suo modo loquendo videntur, hoc est valde experimentatum, & quod pejus est, scandala, quae oriuntur inter seculares, & irrisiones, quas ratione istius magni momenti, Nos talia scientes patimur: quapropter multis aliis rationibus, & fundamentis istius generis, quasi jam praenotatis, ut qualibet censura dignis, ut hoc malum, & perniciosum paci communi, & particulari illarum Provinciarum, & suo meliori commodo, & regimini, & tranquillitati Fratrum diversorum, & ut tollatur de medio inconveniens nationum, & omnes habeant tam in officiis, quam in caeteris functionibus suam intentionem, & omnia omnibus aequivalenter distribuantur ad vestras Paternitates Reverendissimas accedimus, & humillime petimus, necnon cum omni fiducia postulamus, ut illis nostris Provinciis Peruaniis, modus alternandi in electionibus, vel alternativa, ut ita dicam concedatur eo simili modo, servatis servandis, quo concessum est Provinciis novae Hispaniae, ratione cujus omnes illae Provinciae pace gaudent, & tali suffragio ad invicem consolantur in Domino; ut etiam alio exemplari, quo jam fruitur una ex illis septem Provinciis Peruaniis scilicet Provincia Sancti Francisci de Quito, in qua alternantes Fratres Hispani cum naturalibus communiter appellati, ut antea diximus Criollos, in omnibus electionibus, & officiorum distributione summa gaudent pace, & non est jurgium quoddam inter ipsos, imo Confraternitas desiderabilis, & amicitia mutua unis cum alteris intercedit; Haec etiam alternativa habetur pro commodo speciali justitiae distributive in illis partibus Lima apud Patres Augustinianos Regni de Quito, apud Patres Dominicanos, & sic multa alia exemplaria, quae nec latent, nec latere possunt maxime apud Regentes, & Gubernantes homines, qui quidem sunt diversi in natione, Patria, moribus &c. Hoc est RR. PP. N. quod a Nobis postulat, in cujus testimonio subscribimus nomina nostra, ut si inconveniens fuerit, ut nos judicamus, placueritque tanto, & superiori iudicio fiat a RR. PP. VV. Araceli, & Maii vigesima octava, die Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto.

Frater Ignatius Irraraga, Custos Provinciae Limentis.
Fr. Benedictus de Jesu Prominister Sancti Francisci Queti.
Fr. Bartholomaeus Alunque Custos Sanctae Fidei.
Fr. Gabriel Alfian Custos Provinciae Quitensis.
Fr. Franciscus Perez de Ybieta Custos Charcarum.
Fr. Joannes Gutierrez Prominister Sanctae Fidei.
Fr. Didacus Corottada Prominister de Chilensis.

C Sup-

1664.

Decretum
Definitorii.

Supposita petitione Provinciarum conceditur Alternativa, sicuti in nova Hispania uti solet die 5. Junii 1664.

Fr. Blasius a Benfumea Definitor Generalis, & Secretarius Definitorii.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subungebat, præfati Exponentes decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & fervetur exactius apostolicæ confirmationis nostræ patrocínio commutari summo-pere desiderent.

Decretum hujusmodi confirmat.

§. 3. Nos speciale ipsis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ac viso per eosdem Cardinales decreto Definitorii generalis præinferti tenoris in authentica forma exhibito, ipsum decretum auctoritate apostolica tenore præsentium benigne approbamus, & confirmamus, & executioni demandari jubemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis præfatorum Cardinalium.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectively inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 10. Jan. 1664. An.X.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima Junii 1664. Pontificatus nostri Anno Decimo.

gestima Junii 1664. Pontificatus nostri Anno Decimo.

CDLXXXI.

Statuit, ut de cætero Capitula Provincialia in qualibet Provincia Congregationis Clericorum Secularium Doctrinæ Christianæ Galliæ singulis trienniis intra mensẽ Septembris, vel Octobris habeantur; Capitulum vero Generale singulis tantum Sexenniis celebretur loco, & tempore a Præposito Generali designandis, &c.

Ex Regest. in Secret. Brev.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD pastorale fastigium, meritis licet imparibus, divina dispositione eveci, felici Congregationum virorum pietatis officii assidue incumbentium regimini, & gubernio libenter intendimus, ut Congregationes ipsæ laudabilibus suis Institutis inhærentes prosperioribus in dies (benedicente Domino) proficiant incrementis.

Procurator.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Avias Presbyter, & Procurator Generalis Congregationis Clericorum Secularium Doctrinæ Christianæ in Gallia, quod juxta tenorem quarundam nostrarum in simili forma Brevis literarum Anno 1659. emanatarum, quibus cavetur, ut Capitulum Generale dicte Congregationis cum præscripto numero Vocalium singulis trienniis celebretur, mensẽ Septembris proximo præterito celebratum fuit Tolosæ ultimum Capitulum Generale ejusdem Congregationis in quo Vocales congregati, visis instantis missis a Provinciis ipsius Congregationis supplicantiibus, ut Capitula Provincialia, quæ in Capitulo Generali præcedenti Avenione Anno 1660. habito suppressa fuerant, restituerentur, & in unaquaque Provincia singulis trienniis more solito intra mensẽ Septembris, vel Octobris celebrarentur, reque mature discussa, & attenta facultate Constitutiones condendi, ac conditas pro rerum, & temporum qualitate variandi, & alias de novo edendi, Præposito Generali cum assensu Capituli Generalis ejusdem Congregationis a fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore nostro Anno 1647. concessa, decreverunt restituenda esse cuilibet Provinciæ Congregationis hujusmodi sua Capitula Provincialia singulis trienniis, ut hætenus celebranda intra mensẽ Septembris, vel Octobris; quod quidem Decretum, absoluto præfato ultimo Capitulo Generali, in unaquaque Provincia ipsius Congregationis executioni demandatum fuit. Et postmodum in eodem ultimo Capitulo Generali decretum fuit, attentis restitutione Capituli Provincialis in qualibet Provincia singulis trienniis celebrandi hujusmodi, ac prorogatione dicte Congregationis.

Expositio.

§. 2. Idcirco præfatus Franciscus Procurator Generalis nomine memoratæ Congregationis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Congregationis utilitati quantum cum Domino possumus salubriter consulere, dictumque Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon præfatarum literarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, ut de cætero Capitula Provincialia, in qualibet Provincia dicte Congregationis singulis trienniis intra mensẽ Septembris, vel Octobris, sicut præmittitur, habeantur; Capitulum vero Generale ipsius Congregationis, post celebrationem proximè futuri Capituli Generalis Anno 1666. faciendam, singulis tantum sexenniis celebretur loco, & tempore a Præposito Generali ejusdem Congregationis designandis, & cum præscripto jam a Nobis per literas primodictas numero Vocalium, quibus Vicarius Generalis Congregationis hujusmodi, cum electus fuerit adjungatur; Præterea, ut duo Discreti, unus scilicet Rector, & alius non Rector ex qualibet Provincia mittendi ad Capitulum Provinciale, eligantur in Capitulo Provinciali immediate præcedenti Capitulo Generale, non obstante forma per alias nostras pariter in forma Brevis die 12. Augusti 1662. confirmata; ac demum, ut eveniente obitu Præpositi Generalis, is qui defuncti vice geret, ex præscripto Constitutionum dicte Congregationis non expectato sexennio præfato teneatur intra sex menses convocare Capitulum Generale, in quo, si ante illius celebrationem non præcesserit Capitulum Provinciale in Provinciis, interveniant iidem duo Discreti, qui præcedenti Capitulo Generali interfuerint.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus literis præfatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicte Congregationis, ejusque Provinciarum quarumlibet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

Conceditur in rub.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

1664.

tionis, quæ (benedicente Domino) in dies extendit ramos suos, necnon distantia locorum, & Provinciarum, tum etiam plurimo fructu, qui ex frequentiori visitatione Præpositi Generalis provenit, Nobis esse supplicandum, ut non obstantibus literis nostris præfatis Anno 1659. expeditis super celebratione Capituli Generalis in dicte Congregatione singulis trienniis faciendâ, dignaremur concedere quod in posterum, postquam Capitulum Generale proximum Anno scilicet 1666. celebratum fuerit, in præfata Congregatione singulis tantum sexenniis celebretur Capitulum Generale loco, & tempore a Præposito Generali ipsius Congregationis assignando, & cum præscripto jam a Nobis per nostras literas præfatas numero Vocalium, quibus adjungatur Vicarius Generalis, cum electus fuerit; tum etiam, ut duo Discreti, unus Rector, & alius non Rector ex qualibet Provincia mittendi ad Capitulum Generale, eligantur in Capitulo Provinciali immediate præcedenti Capitulo Generale, non obstante forma per alias nostras pariter in forma Brevis die 12. Augusti 1662. confirmata; ac demum, ut eveniente obitu Præpositi Generalis, is qui defuncti vice geret, ex præscripto Constitutionum dicte Congregationis non expectato sexennio præfato teneatur intra sex menses convocare Capitulum Generale, in quo, si ante illius celebrationem non præcesserit Capitulum Provinciale in Provinciis, interveniant iidem duo Discreti, qui præcedenti Capitulo Generali interfuerint.

§. 2. Idcirco præfatus Franciscus Procurator Generalis nomine memoratæ Congregationis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Congregationis utilitati quantum cum Domino possumus salubriter consulere, dictumque Franciscum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon præfatarum literarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinatis, ut de cætero Capitula Provincialia, in qualibet Provincia dicte Congregationis singulis trienniis intra mensẽ Septembris, vel Octobris, sicut præmittitur, habeantur; Capitulum vero Generale ipsius Congregationis, post celebrationem proximè futuri Capituli Generalis Anno 1666. faciendam, singulis tantum sexenniis celebretur loco, & tempore a Præposito Generali ejusdem Congregationis designandis, & cum præscripto jam a Nobis per literas primodictas numero Vocalium, quibus Vicarius Generalis Congregationis hujusmodi, cum electus fuerit adjungatur; Præterea, ut duo Discreti, unus scilicet Rector, & alius non Rector ex qualibet Provincia mittendi ad Capitulum Provinciale, eligantur in Capitulo Provinciali immediate præcedenti Capitulo Generale, non obstante forma per alias nostras pariter in forma Brevis die 12. Augusti 1662. confirmata; ac demum, ut eveniente obitu Præpositi Generalis, is qui defuncti vice geret, ex præscripto Constitutionum dicte Congregationis non expectato sexennio præfato teneatur intra sex menses convocare Capitulum Generale, in quo, si ante illius celebrationem non præcesserit Capitulum Provinciale in Provinciis, interveniant iidem duo Discreti, qui præcedenti Capitulo Generali interfuerint.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus literis præfatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicte Congregationis, ejusque Provinciarum quarumlibet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

bus Vicarius Generalis Congregationis hujusmodi, cum electus fuerit adjungatur; Præterea, ut duo Discreti, unus scilicet Rector, & alius non Rector ex qualibet Provincia mittendi ad Capitulum Generale, in Capitulo Provinciali immediate præcedenti Capitulo Generale eligantur, eveniente autem obitu Præpositi Generalis dicte Congregationis, is qui defuncti vice geret ex præscripto Constitutionum ejusdem Congregationis non expectato sexennio teneatur intra sex menses convocare Capitulum Generale, in quo si ante illius celebrationem non præcesserit Capitulum Provinciale in Provinciis, interveniant iidem duo Discreti, qui præcedenti Capitulo Generali interfuisse reperientur, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ac statuimus, & ordinamus.

Decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariatos.

§. 5. Non obstantibus literis præfatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicte Congregationis, ejusque Provinciarum quarumlibet, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ ipsismet præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Dat. die 25. Junii 1664. An.X.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Junii 1664. Pontificatus nostri Anno X.

CDLXXXII.

Quod Festum S. Dominici celebretur de Precepto in toto Regno Neapolitano tanquam de Patrono, cum Octava.